intellectum nō significat nō intellectum put
est vnus nomen ppositum cuius partes non
significat separe. nec ista non intellectum est in-
tellectum significat nō intellectum esse intel-
lectum. qd illud nō potest intelligi qd illa in-
telligatur. ¶ Et ad aliam formam qd arguit
qd bec ppo buba est vox nō significatiua &c.
dicit qd illa nō est ppositio. qd id qd ponitur
pro subiecto non est pars oñis. ois aut pro
positio dicitur constare ex nomine & verbo vel eq-
ualente. ¶ Ad vltimam formam dicitur qd hāc
ppōne tu nō es. significare te nō ēē pōt itelli-
gi dupli. vno mō qd bec tu nō es significet
te non esse. i. qd bec te esse priuatiue significet
seu negative significet. & isto modo qd fatis est
improprie conceditur qd bec. tu nō es. signi-
ficat te nō esse. qd ista. tu nō es te esse priuati-
ue significat aut te esse priuatiue dat intellige-
re & ita concedit. Alio modo pōt intelligi qd
bec tu nō es. significet te nō esse. i. rem que in-
telligitur esse te nō esse bec ppositio. tu nō es
significat. & ille modus est impossibilis. frequē-
ter tñ concedimus qd bec. tu nō es. significat te
nō esse vbi argumēta pntem difficultates nō
exigant vel ad primū sensus p improprio de-
relictus. & ita negat qd bec non intelligibile ē
significet nō intelligibile ēē & bec tu differt a te
significet te differre a te &c. ¶ Ex istis itaqz ac-
ceptis inferamus qd quacūqz ppositione da-
ta affirmatiua siue vera siue falsa que aliqua-
liter esse significet precise sicut ē illa significat
qd sic arguit. qd bec ppositio antiphs est pre-
cise sicut est significat. qd sicut est illa significat
& nō aliter qd sicut est illa significat. igitur &c.
p3 pñā & maiorantis arguitur. qd antiphs
esse illa significat & antiphs esse est sicut est vt
erit vel saltem intelligitur esse sicut est igitur
sicut est illa significat. par3 pñā expositio. sic
eniz debet sumi minor. qd hoc verbū signifi-
cat extendit se ex pte post vsqz ad ea que intel-
liguntur. que minor sic pbat. qd antiphs ēē

erit possibiliter esse & vere esse sicut est vel in-
telligitur esse vere esse vel possibiliter ēē sicut
est. igitur &c. Sed minor principalis argumē-
ti arguitur. i. qd nō aliter qd sicut est illa signi-
ficat. qd nō aliter qd taliter qualiter est illa si-
gnificat. qd precise potius esse p illa intelligit aut
significat. & precise possibiliter esse est. igitur
nō aliter qd sicut est illa significat. sequit igit
qd precise sicut est illa. antiphs est significat. &
sicut arguit de illa itā etiā arguit de ista. adā
fuit. & de quacūqz alia affirmatiua que aliq-
liter esse significat. ¶ Item gñaliter arguitur
pro cōclusionē non aliquāliter esse pōt p ali-
quā ppositionē significari quin aliquod talis
esse sit vt sequitur ex prius acceptis. igitur precise
taliter esse qditer esse est. seu precise ita esse si-
cut est aliqua ppositio significat qd cūqz def-
q aliqūliter esse significet. Ex qua cōclusionē
sequitur istas pñā non valere. precise sicut est
ista ppositio significat. igitur bec ppositio est
vera p3 etiā istam non valere. bec ppositio si-
cut est principaliter significat. igitur ista est vera
p3 qd ista. antiphs est. & ista adam est. princi-
paliter sicut est significat. qd adā esse illa prin-
cipaliter significat. & adam esse fuit taliter ēē
qualiter ēē est. seu ita esse qditer esse fuit qd uis
nō fuit illud qd est. igitur &c. Et p idem no-
scitur ista pñā nō valere ita est totaliter si-
cut ista ppositio significat. adam est. igitur bec
ppositio est vera. qd anis ē. vey eo qd te esse ē
taliter esse qualiter esse significat per illā & si-
cut verus est qd tu es talis homo qd is homo
pōt esse antiphs. qd tu es aliquis homo & ta-
lis pōt esse antiphs. ita verū est qd tu es talis
hō qualis homo fuit adā. qd tu es aliquis
homo & talis homo fuit adam. Sequitur pre-
terea istam pñā nō valere qualiter cūqz
ista ppositio significat ita ē. igitur bec ppositio
est vera. patet. qd ista ppositio. corynēra est
vel quēuis alia que aliqūliter esse significat qd
tercūqz significat ita est. patet qd aliqūliter qd
liter illa significat est. & nō est aliquāliter qd
liter illa significat. quin taliter sit. igitur &c. p3
pñā ista & prima pars antecedētis. qd corynē-
ram esse illa significat & corynēra esse. potest
intelligi possibiliter esse. & vere esse. qualiter
esse est. igitur sequitur qd taliter est qualiter esse
ista significat. & p idē p3 minor. ¶ Itē ista cō-
clusio vera est de virtute sermonis & nō solum

De veritate

de virtute intentionis. eo qd nullus terminus in ea ampliatur. sicut ista est vera qcquid hec homo ē asinus. significat est. et omne qd hec homo est asinus significat est. qm̄ antecedit illius relatiui qd supponit nō ampliatiue. qz nūq̄ supponit relatiuū magis ample q̄ suū aſs supponat. sicut ostensum est cum de relatiuis grāmaticalibus ageretur. ideo supponunt illi termini solūz p eo vel p his qd que est vel sunt. Et licet omne significatūz alius ppositionis sit. tamen aliquid qd non est significatur p aliquā ppositionē et aliqūē terminūz. Et quo p̄ istam formam nō valere. hec ppositio adequate sicut est significat igitur hec ppositio est vera. patz qz illa. anti- xps est. adequate sicut est significat sicut patz ex dictis. ¶ Sed forte arguit pbandū q ista ppositio chymera est nō precise possibiliter esse significat. qz impossibile esse illa signifi- cat et etiā impossibile esse illa significat. igitur nō precise possibiliter esse et possibile esse illa significat. arguit antecedens qz chymera ē illa significat. et chymera esse potest intelligi i possibile esse igit. et. ¶ Sed huic dicit q p̄ se pote esse illa significat. et precise possibiliter esse illa significat. qz tū id qd potest intelligi esse possibiliter esse et possibile esse illa signifi- cat. igitur precise potest esse et pote esse illa significat. tenet p̄a sicut sequit. p̄se qd p̄t esse currens. potest currere. igitur precise cur- rens potest currere. ¶ Ad formam igitur ne- gatur assumptum q impte esse potest intelli- gi. et negatur p̄a illud cōcludens. ¶ Item cōcluditur ex his dictis istam p̄am non va- lere. possibile est ita esse sicut hec ppositio p̄n- cipaliter significat. igitur hec ppositio est pos- sibilis. et sicut hec ppositio p̄ncipaliter si- gnificat possibile est esse. igitur hec ppositio ē possibilis. vtriusqz enim consequentie antee- dens est. verum de ista ppositione hoc instās est demonstrato instanti p̄terito. taliter enī esse qualiter per illā p̄ncipaliter significatur hoc instās est. nō solūz est possibile esse. sed est verum esse. Quia omne ens esse est taliter ēē qualiter ēē significatur per illam vt patz p̄ predicta. et ideo de nulla ppositioē est verūz q impossibile est ita ēē sicut significatur per illam. aut sicut significatur per illam impossi- bile est ēē. quia quacūqz ppositione data

que aliquāliter esse significat solum taliter ēē sicut possibile est ēē significat. Et sicut iste for- me nō valent ita nō valēt iste sicut hec p̄p̄o si- gnificat necesse ē ēē. igit. hec p̄p̄o ē necessaria qz ita sic h p̄p̄o significat anti xps ē necesse ē ēē quia deum esse necesse est ēē. et denz ēē est ita seu taliter ēē sicut illa significat. igitur et. nec sequitur necesse est ita ēē sicut hec ppositio si- gnificat. igitur ista ppositio est necessaria. Adverbaliter tū capiēdo terminum moda- lem et ex possibiliter. bene sequitur necesse ē ita ēē sicut hec ppositio significat. igitur hec ppo- sitio est necessaria. antecedens enī est ipos- sibile. qz quacūqz ppositione data que ali- q̄liter ēē significat contingenter ita est sicut il- la significat. Et sicut ille forme non valent sic non valent iste. sicut hec ppositio p̄ncipaliter significat contingens est ēē. igitur hec ppo- sitio est contingens distinguēdo contingens contra possibile. ¶ Item p̄ncipaliter sequitur ex dictis q quacūqz ppositione data nō ali- ter q̄ taliter qualiter ē illa significat. istud pa- tet ex prima conclusione. et ex hoc. q non ali- ter ēē potest intelligi q̄ taliter ēē q̄liter ēē est igitur nec potest significari aliter q̄ taliter q̄- liter est. et ideo nō aliter q̄ sicut est potest ali- qua ppositio significare. Et ex illo patz istā consequentiam non valere. ista ppositio ē falsa. igitur aliter q̄ sicut est illa significat. Advertendum tamen q quāvis nulla ppositio aliter q̄ sicut est significat. aliqua tamen p- positio aliter q̄ est significat. qz illa anti xps ē aliter esse q̄ esse qd est significat. qz anti xpm ē illa significat. et anti xpm ēē est aliter. ēē q̄ ēē quod est. igitur et. Unde sicut differunt il- le ppositiones. alius homo q̄ homo qui est erit. et alius homo q̄ talis homo qualis ho- mo est erit. ita differunt iste. aliud q̄ sicut est hec ppositio significat et aliud q̄ est hec p- positio significat. et ita etiam differunt sue cō- tradictorie. Unde illa negatiua. non aliter q̄ sicut est hec ppositio significat. sequens est ex illa vera precise sicut est hec ppositio si- gnificat. et illa non sequens ex illa. non aliter q̄ est illa ppositio significat. Et causa est qz in vna negatur solūz alicuius sube et in alia ne- gatur alicuius similitudinis et talitatis. Quod autem ppositiones ille differant. alius ho- mo q̄ homo q̄ erit. et alius homo q̄ talis

Propositionis

homo qualis homo est erit. patet. q. vna est vera et alia impossibilis. antichristus enim erit alius homo q. homo qui est. ponatur enim q. antichristus simul erit cum quolibet homine qui est et q. ipse differet ab homine qui est. q. tñ homo sit. et q. antichristus erit homo et non erit ipse talis homo qualis homo est per adiectio est. ¶ Et si forte arguitur q. ista propositio. deus est. aliter q. est significat. q. aliter est q. illa significat. igitur aliter q. est ista significat. et sicut arguitur de ista ita arguitur de omni vera de presenti affirmativa sine termino ampliativo. consequens falsum. et probatur assumptum. quia celum moneri est aliter q. illa significat. ¶ Sed huic dicitur negando illam consequentiam. aliter est q. illa significat. igitur aliter q. est illa significat. Adhuc concluditur q. nulla propositio sicut non est significat aut significare potest. patet. q. bene sequitur precise. sicut est hec propositio significat. quicunq. datur. igitur non sicut non est hec propositio significat. p. pñta satis cum ante. ¶ Contra quā conclusionē forte arguit. q. antichristum esse hec antichristus est. significat. et antichristus esse potest esse sicut non est. igitur sicut non est illa significat. Sed huic dicit q. antichristum esse non potest esse sicut non est. neq. potest esse q. antichristus esse sit sicut non est. si enim antichristum esse potest esse aliquo qualiter non est. tunc antichristus esse potest esse aliquo qualiter non est. taliter non est pñta illa i istis terminis p. sicut sequitur antichristus potest esse aliquo qualis homo qualis homo non est. igitur antichristus potest esse aliquo qualis homo et talis homo non est. sed illud est pñta falsum pro secunda parte. secunda enim est falsa talis homo non est. q. omne taliter est q. taliter esse potest esse aliquo qualiter et taliter est. ¶ Itē illa est vera antichristum esse potest esse aliquo qualiter et taliter est. Sed ex illa parte illius copulatiue sequitur contradictoriū secunda parte prime copulatiue. scilicet taliter non est igitur illa est falsa. p. pñta. et minor arguit q. bñ sequitur antichristus esse potest esse aliquo qualiter et taliter est. igitur antichristum esse potest esse aliquo qualiter et oē taliter est. tenet pñta illa. et prima pars pñtis sequitur ex prima parte antichristi. et secunda ex secunda. igitur totū pñtis sequitur ex toto ante. patz pñta et maior. et minor et p istam regulā. q. libet ppō in definita de secunda adiacente de pñti sine termino ampliativo infert suā vltz. sicut sequitur al-

quis homo est. igitur q. libet homo est. aliquis homo non est igitur nullus homo est. ¶ Et si arguitur q. antichristus potest esse aliquis homo q. lis homo non est. q. antichristus potest esse homo q. non est. igitur antichristus potest esse aliquis homo qualis homo non est. negatur pñta. q. in ante ly q. non supponit. et in pñte ly qualis supponit. q. non solum supponit ly q. lis p. illo pro quo supponit suū antecedens sed etiam p. talis. sed p. negatiuis. ¶ Preterea sequitur q. omne significatum vnius contradictoriū est significatum alterius. et q. qd significat per vnum significatur p. aliud. p. illud ex vltima et per vltima suppositione. q. si aliquid est significatum vnius qd non esset significatum alterius hoc esset propter syncategoremata qd est in vna positū et non in alia. sed syncategorema non variat significatū. q. nihil significat. sed solus variat modum significandi propositionis. igitur et c. et ass. p. capitis istis duobus contradictoriis tu es. tu non es. quorum primi significatū est te esse et idein etiam est significatum secundi. q. ly non qd ponit. et in secunda nihil addit super significato terminorum primi contradictorii. diuersimode tñ te esse significatur p. primi contradictoriū et per secundum. Ex quo sequitur q. si verus p. vniū contradictoriū significatur illudmet verū p. aliud significat et ideo non valet pñta ista. precise verū ista p. positio significat. igitur ista propositio est vera. illa enim propositio. tu non es. precise verus significat. que tamen falsa est. false tamen verum significat. quia negatiue. Amplius concluditur q. si vnum contradictoriū precise sicut est significat. patet q. illa tu non es. precise te esse significat. et non aliter q. taliter q. taliter est illa significat. igitur et c. ¶ Et si forte arguitur q. vnum illorum contradictoriū aliter significat q. aliud. dicitur q. ly aliter tenendo ablatiue illud est verum. q. alio modo. q. non de omni propositione verus est q. precise sicut est illa significat. tenendo ly sicut ablatiue. scilicet illud non est ad propositum materie. sed tenendo accusatiue sicut in precedentibus intelligi volumus falsū ē q. aliter significet hec ppō affirmatiua q. ista negatiua. et aliter esse significat illa q. alia. q. precise idē ē et precise talis ē significat vna sic alia. ¶ Et adhuc p. huic-

Propōnis

modi formas non valere significatus huius propositionis est necessarium. igitur ista est necessaria. p3 de illa. nullus deus est. omne enim significatum istius est significatū illius deus est. et e contra. sicut etiam non sequitur omne significatum illius est possibile. igitur illa est possibilis omne significatū illius est verū. igitur hec est vera. omne significatū illius est contingens. igitur hec est contingens. q3 omne significatū illius omne contingens est omne corruptibile est contingens. est contingens. et tñ illa est necessaria.

Sed incidit dubiū vtrū sit ali qua propositio que nō aliquid esse seu nullum significatū significet. et arguitur q3 sic. q3 ista propositio si antipps est albus antichristus est coloratus est propositio cuius nullum pōt assignari significatum. nullus enim posset intelligere qd foret q3 si antichristus est albus antichristus est coloratus si foret. ¶ Itē ista est propositio homo est nō homo. et tñ non aliquid esse illa significat. quia si aliquid esse illa si significaret maxime hominem esse nō boiem sed hoc est falsum. q3 boiem esse nō boiem nō pōt intelligi. sed quod nō pōt intelligi significari nō pōt. igitur illa boiem esse nō boies nō significat. patet pñā et minor arguitur. q3 boiem esse non hominē nō pōt intelligi esse verum et ens. igitur et. quicquid enim pōt intelligi. pōt intelligi esse verum. sed quicqd pōt significari pōt intelligi esse ens et verum. igitur quicquid pōt significari pōt intelligi esse ens et verum. sed hominē esse nō hominem pōt significari. igitur pōt intelligi p pñā maiorem responsionē pñā est falsū igitur. ¶ Itē tertio sic hec copulativa tu es et tu non es. est propositio que non aliquid esse significat igitur et. arguitur antecedens. q3 te esse et te nō esse nō pōt intellectus cōcipere sit. nec aliud significatum illa significat. igitur non aliquid esse illa significat. p3 consequentia et probatur antecedens. q3 si te esse et te nō esse intellectus possit simul comprehendere pōt per idem cuiuslibet consequentie cōtradictoriū consequentis intelligere cum anteceden te quod falsum est igitur et.

Oppositum tamē arguitur. q3 propositio est o3a

rio verum vel falsum significans. vel vere vel falsē significans. igitur omnis propositio aliquid esse vere vel falsē significat.

Ad quod dubium dicitur cōcedo

dando q3 non quelibet propositio aliquid esse significat. q3 ista et illa et multe alie. homo est asinus differens ab boie est homo. et propositio que non aliquid esse significat sicut etiā nullum est significatum illius hō ē asinus. q3 nec boiem esse asinū ē significatū illorum trium terminorū qui sunt ista propositio. hō est asinus. neq3 hominem esse est significatum istius. homo est asinus. q3 si hominem esse esset significatum illorum trium terminorū. homo est asinus. per idem etiam esset significatum quorūlibet trium terminorū quorum nullus esset ly homo. et sic isti termini ly homo. ly est. et ly chymera. hominem esse haberent pro significato. psequē falsum. q3 solum duorū illud est significatum. s. istius termini homo. et istius termini est.

¶ Sed contra illud forte arguitur probādo q3 illa homo est asinus aliquid esse significat. et hominem esse significat. q3 ista. homo est asinus hominem esse asinū significat. igitur hominem esse significat. patet consequentia. q3 si intellectus pōt hominē esse asinum apprehendere pōt boiem esse asinum. intelligere et hominem esse et e contra. ¶ Itē hec propositio. homo est asinus. quicquid ad illā sequitur significat. sed boiem esse ad eam sequitur. igitur hominem esse significat. ¶ Sz ad pñā dī negando antecedens huius consequentie. hominem esse asinū ista homo est asinus. significat. igitur hominem esse ista significat. dī enim q3 intellectus non pōt vere intelligere aliquam rem esse aliam ab illa re. q3 ista est. et iō non hominē esse asinum illa homo est asinus significat. capere enī volumus illos terminos mere substantialiter. ¶ Et si arguitur q3 boiem esse asinum illa significat q3 intellectus istam intelligit igitur quicqd ista significat intellectus intelligit. dī negando cōsequentiam. ista enī nihil significat q3 ista multa significet que non sem nec esse possunt vnum significatū. ¶ Ad aliam formā dī negando antecedens. s. q3 ois propositio significat quicquid ad eam sequitur. nō enim est il

De veritate

lud verus nec de virtute sermonis nec de vir-
 tute intentionis. quia nihil sequitur ad proposi-
 tionem nisi propositio. nec est verum quod quelibet
 propositio significat cuiuslibet propositio-
 nis significatum ad ipsam sequentis. quia ad
 illam tu curris. sequitur ista. deus est que ta-
 men non significat deum esse. ad istam etiam
 tu differis a te formaliter sequitur te cur-
 rere. et tamen ista non significat te currere. ali-
 ter enim non staret solus prima impositio ter-
 minorum huius propositionis cuius opposi-
 tum ponitur. Item animal non nullum si-
 gnificatum significat. consequens igitur per tunc
 antecedens non significat illud quod significat co-
 sequens. patet consequentia et antecedens etiam
 de tali consequentia. homo est non homo. igitur
 homo est asinus differens ab homine. Sequi-
 tur igitur ut iam dicamus quod propositio
 vera est oratio indicativa perfecta uniuoca per
 quam adequate intellectus recipitur rectus.
 Propositio autem falsa est oratio indicativa
 perfecta uniuoca per quam adequate intelle-
 ctus non redditur rectus. Propositio possibi-
 lis est oratio indicativa perfecta uniuoca per
 quam intellectus adequate aut per se cum co-
 uertibilem sic significantem potest reddi ve-
 rus aut saltem posset deducta terminorum
 repugnancia. Propositio impossibilis est ora-
 tio indicativa perfecta uniuoca per quam sic
 significantem adequate intellectus non potest
 reddi verus nec perfectum conuertibile nec
 posset etiam deducta terminorum repugnancia.
 Propositio contingens est oratio indica-
 tiua perfecta uniuoca per quam sic significan-
 tem adequate intellectus potest reddi verus
 et etiam reddi falsus vel per se cum conuer-
 tibilem posset deducta terminorum repugnancia.
 Necessaria autem propositio est oratio in-
 dicativa perfecta uniuoca per quam sic signifi-
 cantem adequate non potest intellectus red-
 di falsus nec per se cum conuertibilem posset
 deducta terminorum repugnancia. quod di-
 citur propter tales propositiones. aliqua pro-
 positio est vera propositio est et hec propo-
 sitio non est fortis non est. que sit in mente for-
 tis. Dico autem propositionem reddere
 intellectum rectum cum per illam concipit in-
 tellectus affirmatiue rem esse que est aut ne-
 gatiue rem non esse que non est. vel rem non

fuisse que non fuit vel rem non fore que non
 erit et ita de alijs sicut enim res habet esse vel
 fuisse vel fore ita habet cognosci affirmatiue aut
 negatiue. Redditur autem non rectus in-
 tellectus cum non correspondet compositioni
 ex parte rei aut non correspondebat aut non cor-
 respondebit aliquid extra secundum termi-
 nos propositionis. Sed contra illas propo-
 sitiones forte arguitur quod illis datis sequitur
 quod nulla propositio vera est propositio falsa. quia
 nulla est propositio per quam reddat intellectus ve-
 rus. et per quam non reddat intellectus verus
 est falsus. quod ponat quod ista homo est asinus. sit in
 pariete scripta principaliter significet deum esse.
 platonem vero principaliter significet chyme-
 ram esse. et sequitur quod ista propositio est ve-
 ra. quod est vera forti. et quia forti reddit intel-
 lectum verum eo quod forti subordinatur uni pro-
 positioni vere. et ista eadem est propositio fal-
 sa quia platonem reddit intellectum non verum
 aut non rectum. quia subordinatur uni pro-
 positioni false. Ad quod dicitur quod illa ora-
 tio in casu isto non est propositio. sed est pro-
 positio plures significans inconiuncte deum
 et chimeram esse. si enim significaret copula-
 tiue tunc non foret possibilis. si disiunctiue es-
 set necessaria. sed posito quod significet inconiun-
 cte est propositio plures et non est propositio
 vera aut falsa. Ad quod probandum pre-
 supponitur primo quod a qualibet propositione
 habente conuertibile. aut equiualens ad ipsam
 equiualens est bonum argumentum. per hoc
 satis. Ex qua suppositione sequitur secunda
 suppositio quod nihil conuertitur cum propo-
 sitione nisi propositio. Quibus acceptis se-
 quitur quod nulla propositio plures est propo-
 sitio. quod sic arguitur. quia si aliqua propo-
 sitio plures sit propositio sit gratia argumenti
 illa canis est. et tunc arguitur. quod illa consequen-
 tia esset bona canis est. igitur canis latrabilis
 est. canis marinus est. canis celestis est. ex pri-
 ma suppositione. consequens est falsus. scilicet quod ista
 consequentia sit bona. quia illius consequen-
 tie nullum est consequens. quia consequens ali-
 cuius consequentie est propositio verum vel
 falsum significans. sed illud aggregatum non
 est propositio vera vel falsa. igitur illud aggre-
 gatum non est consequens illius consequen-
 tie nec illa est consequentia. Item nulla p-

De veritate

positio equivalet nisi propositioni. sed hec hoc ratio. canis ē. equivalet illi aggregato. quod non est propositio. igitur illa oratio non est propositio. consequentia patet et minor: ponitur et maior: patet ex suppositione secunda. ¶ Sed forte dicitur negando secundam suppositionem. quia dicitur quod est falsa. ut potest argui capiēdo tres tales propositiones deus est. quarum prima sit. a. secunda. b. tertia. c. et consideret for. de prima solum. plato de secunda. cicero de tertia. et arguit primo quod. c. non est propositio. quia equivalet aggregatio ex a. et b. quod aggregatum non est propositio. igitur ipsa equivalet non propositioni. quod dato sequitur quod illa non est propositio. consequens est falsum. et consequentia patet per secundam suppositionem. ¶ Item. c. significat sicut aggregatum ex. a. et b. et illud aggregatum significat inconiuncte. quia illud aggregatum non est copulativa nec disiunctiva nec conditionalis ex eis facta. neque illa propositio coniunctione una sit ut ponitur. igitur. c. significat inconiuncte. igitur est propositio plures. ¶ Sed ad primam formam dicitur negando maiorem. s. quod. c. equivalet aggregato ex. a. et b. licet bene equivalet. a. per se. et etiam. b. sicut iste terminus homo non equivalet huic aggregato homo homo. sed cuilibet illorum per se equivalet. aliter nulla foret ratio quare hoc argumentum non valeret homo currit. igitur homo homo currit. quod tamen non valet. neque est consequentia. quia illud quod ponitur pro consequente est complexum nugatorium. ¶ Ad secundum dicitur negando maiorem. ad hunc sensum. s. quod. c. significat inconiuncte eodem modo sicut id aggregatum. tamen de virtute sermonis inconiuncte. significat. et non coniuncte. sed simpliciter omne id significat quod id complexum significat. Ex quo sequitur quod iste non sunt propositiones per se omnes canis est nullus canis est nec iste contradicit canis non est canis. et omnis canis est canis. quia non sunt propositiones. ¶ Item sequitur quod non valet hoc argumentum. hec est oratio perfecta finita verum vel falsum determinate significans. vel sicut verum est esse aut sicut falsum est esse. igitur hec est propositio. patet quia posito quod hec oratio. deus est. significet forte deum esse

platonem hominem esse. et credat uterque illorum quod ista non significat alicui alteri aliqua. liter esse quod sibi. tunc illa non est propositio. quia illa oratio significat inconiuncte tantum quantum hoc aggregatum homo est. deus est. quod non est propositio tamen est oratio finita perfecta determinate verum vel falsum significans. et sicut etiam verum est esse aut sicut falsum est esse significans. quia significat forte deum esse. platonem vero hominem esse. igitur et. ¶ Item sequitur quod non valet hec forma omnis canis est. sidus celeste est canis. igitur celeste sidus est. patet quia illud quod ponitur pro antecedente non est propositio. ¶ Item sequitur quod subiectum illius. omnis canis est. non supponit distributive. quia tunc significaret ista oratio copulative et coniuncte. nec subiectum illius. canis est. supponit determinate. quia tunc significaret disiunctive et coniuncte. et causa est. quia terminus equivoce non contracto nulla debetur suppositio sed plures. ¶ Item sequitur istam formam non valere. a. oratio habet subiectum et predicatum et copulam principales partes sui. igitur est propositio categorica. a. est oratio finita vere vel false significans. igitur. a. est propositio ¶ Sed forte contra hoc arguitur quia hec oratio. canis est. est concedenda vel dubitanda vel neganda et nulla oratio est concedenda dubitanda aut neganda nisi sit propositio igitur illa est propositio. ¶ Sed huic dicitur negando minorem. quia aliqua est propositio plures que est concedenda. aliqua neganda et aliqua dubitanda. et aliqua que non est concedenda neganda nec dubitanda. sed ad illam propositionem est pluribus responsionibus respondendum. patet primo de ista oratione canis est. que equivalet pluribus propositionibus que unica propositione propositione sunt unica responsione concedende patet secundo de ista oratione. non canis est. que per eandem responsionem est neganda. et per eandem causam et modum aliqua est dubitanda. et aliqua est propositio plures ad quam pluribus responsionibus est respondendum. quia quando propositio plures equivalet aggregato ex pluribus propositionibus quarum una est vera reliqua falsa et reliqua dubia scilicet esse talibus. tunc oportet plures esse respo-

Propōnis

fiones. sicut posito qd ista deus est significet in
coniuncte vni deum esse. alteri te non esse. al
teri regem sedere proposita ista tibi deus est
tu debes respondere concedendo deum esse
negando te nō esse. dubitando regem sedere
qn vero propositio plures equivalet vni ag
gregato ex pluribus propositionibus quarū
quolibet est falsa vel vera aut dubia vna re
spōsio videtur sufficere gratia breuitatis. Ex
quibus vltra sequitur qd nulla propositio ve
ra est propositio falsa. qd si sit aliqua. sit illa.
chymera est. que significet forti solum qd hō
est et nō plus. platonī autē solum qd chymera
sit. qd vel ista significat sua significata coniuncte
aut inconiuncte si inconiuncte. tunc est pposi
tio plures. per hoc enim dicitur propositio
plures quia significat plura significata diuer
sa inconiuncte. et ideo quia equivalet illi aggre
gato homo est. chymera est. qd non est ppo
sio. ideo non est propositio. Si vero signifi
cat sua significata coniuncte. vel igitur copu
latiue aut disiunctiue. si disiunctiue. cum alte
ra pars istius disiunctiue cui equivalet sit ve
ra simpliciter et non falsa. ita etiam ista oratio
est vera. et non falsa. si autem equivalet copu
latiue sequitur istam fore falsam. quia copu
latiue simpliciter false equivalet. ¶ Sed for
te dicitur qd in isto casu ista. homo est. signifi
cat sua significata inconiuncte. nec sequitur ex
isto qd ista sit propositio plures quia ad hoc
qd ista foret propositio plures oportet vt forte
dicitur qd ista sua significata respectu eiusde
inconiuncte significaret. sed istius propositio
nis homo est i casu dato nullus intelligit sua
significata inconiuncte nec etiam coniuncte.
¶ Contra quam responsionem arguitur pri
mo qui vel illa homo est. equivalet illis dua
bus simul inconiuncte aut cuilibet istarū de
per se. Si aggregato simul ex illis duabus.
tunc nō est ista propositio vt superius ē ostē
sum. quia tunc ex vero sequitur nō verum
et non verum converteretur cum vero. nec
cuilibet istarum de per se. quia si ista homo
est. a. b. ista chymera est. c. iterum illa homo
est. tunc ab. a. ad. b. valet consequentia tanq
a conuertibili ad conuertibile. et etiam ex. b.
sequitur. c. et per consequens illa consequen
tia est bona homo est seu risibile est igitur
chymera est. sit enim. b. ista risibile est. et erit

argumentum clarum. consequens est falsum
quoniam illud consequens est impertinens
illi antecedenti aut saltem repugnans. Item
contradictio est qd a. equivalet. b. et a. plus
valet qd. b. qd tantum ex ista responsione se
quitur. ¶ Item ponatur qd for. per istaz ho
mo est asinus apprehendat deum esse. plato
vero apprehendat per illam inconiuncte ef
se hominem esse. et sequitur ex ista responsi
one qd ista propositio est propositio forti. pla
toni autem non. sed est propositio plures. sed
patet qd ista homo est asinus non equivalet il
li deus est qd tunc deus est equivaleret illi ag
gregato tu es homo est. quia quaecunqz due
propositiones diuisim equivalent vni tertie
equivalent inter se. ¶ Item de simpliciter
equivalentibus idem est indicium quo ad ve
rum vel falsum. igitur si penitus conuertibi
le cum. a. nō est verum. neqz. a. est verus ali
ter simpliciter non equivaleret. a. et b. inice.

Sed forte contra istam positionem ar
guitur quia ponatur qd ista hō ē
asinus. que sit. a. sit scripta in pariete. qd forti
significet chimeram esse. platonī vero deus
esse. et patet tunc istam propositionem fore ve
ram et falsam homo est asinus. quoniam for
ti principaliter significat chimeram esse. igitur
forti est impossibilis. et ista eadem est pro
positio vera et necessaria. quia platonī signi
ficat deum esse. igitur platonī est vera et ne
cessaria. quo dato concluditur qd propositio
vera est propositio falsa et propositio plures
est pōpositio. ¶ Item sequitur ex illa respō
sione qd ex solo visu posses facere qd vna p
positio definirer esse propositio. et quāuis vi
derent mille homines vnam propositionem
posses tu solo visu facere qd illi non viderent
illam propositionem. nec aliquam propositi
onem. nec illa remaneret propositio. conse
quens falsum et arguitur consequentia. po
sito qd ista deus est videatur a mille homini
bus que illis significet deum esse solum. et tu
de nouo veniens per illam visam appren
das hominem esse. et patet istam fore propo
sitionem plures. et per consequens ista non
manet propositio qd fuit probandum. ¶ Itē
frustra foret reperta fallacia amphibologie. et
equivocationis. quia nullum argumentum
peccaret secundū aliquā istaz. qd nullū ē ar

Tractatus

gumētum cuius aīis siue pñs sit de terminis equocis. q: nullū tale esset propositio. Amplius sequitur q: quicūq; ppositione proposita foret dubitandū an sit ista propositio. q: dubitandū est an ista significaret alicui alteri aliter q: illi cui ponitur. pñs tñ est falsum. q: p idēz isto modo periret oīs disputatio inter arguentes & rñdentem. Adhuc sequitur q: possum face- re solūmodo te concedētem ppositionēz ne- cessariam male rñdere. & q: scīs scīs vñaz p positionem necessariam adhuc possum face- re te nescire illam. imo deus scit vñā ppositi- onem necessariam & ipsa conseruata possum facē q: de? nesciat illā. iste pñe patet ex dictis pñe predictis intelligatur q: impossibi- le est q: vna ppositio habeat plu- ra significata principalia sic intelligendo q: im- possibile est q: vna ppositio principaliter si- gnificet vñi deū esse alteri principaliter signi- ficet hominem esse. & principaliter significet tota- lem significationē distinguendo totalem ptra- partialē. & ideo si vñi pñe principaliter significat de- um esse. & alteri hominem esse data ppositio neu- tri significat principaliter. tñ ambobus simul significat principaliter deū esse hominem esse i- coniuncte. Et tunc ad argumētum primum dicitur nō admittendo casum. q: antecedens innuit q: multis modis diuersis ista propo- sitio principaliter significat. & diuersa. qd non admittit. q: nō est possibile q: aliqua propo- sitio habeat diuersa significata & plura signifi- cata principalia. Sed forte contra illam rñsio- nem arguit. probando q: illa homo est asin? principaliter significat deum esse. in isto casu q: plato principaliter apprehendit deum esse sed qualitercūq; apprehendit taliter ei ista si- gnificat. igitur principaliter ista significat pla- toni deum esse. & non aliter q: deum esse igitur significat principaliter platoni deum esse. Item ex principali significatione illa signifi- cat deum igitur esse. illa principiū significat deū esse. Dicitur simul quālibet istarum cōse- quētiarum negando. vñima enīz nō valet ha- bita significatione illius termini principaliter pau- lo ante expressa. & scito quid sit principalis si- gnificatio. Ad sedam dicē illam negando non enim per solum vñum efficit illa nō pro- positio. sed q: incipit aliter significare q: ante qd non est ppter solū vñum. sed ppter intel-

lectum. q: nullus sensus exterior pñpit termi- num. aut propositionē vt terminus. aut vt p- positio est. & ideo bene sequitur q: p intellectū discurretes vñū pñpiente potes facere q: vna ppositio desinat esse ppositio. q: potes face- re q: ista sit propositio plures. Ad aliaz for- mam dī negādo cū infertur q: nullū est ar- gumētum peccans sī fallaciam equocatio- nis vel amphibologie. negat. n. aīis q: nulla est ppositio. aut aīis de terminis equocis. vñ ista est ppositio de terminis equocis canis cur- rit. l. nō equoce significet. tenendo q: predica- tum cōtrahit subm p illam regulā theopiscam talia sunt suba q: illa premituntur ab eo. n. p- dicatis ad supponēdum solum p cane latrabi- li. cū naturaliter cursus debetur. sicut etiam termini sunt ab auctoribus constituti sic etiaz est dare argumētum vocale. aut scriptūz pec- cans sī fallaciam equinocationis. sicut illud oīs canis currit. aliquis canis celestis ē canis igitur aliquis canis celestis currit p hoc. n. nō va- let argumētū. q: ly canis capie equoce in pre- missis. i. mētalib? tñ terminis nō cadit bec dī- uersitas. q: nullū equinocū equinocans est in mente. propter hoc enim differūt partis ora- tionis vocalis. aut scripte vñuoce ab equino- cis equinocantibus. q: quelibet pars vñuoc- ca subordinatur alicui mentali secum finoni- ne. equinoca enī dico vocalia aut scripta que nulli parti orationis subordinantur. aut termini nō. sed pluribus simul. & si non concedam ta- les terminos equinocos posse contrahi & vñu- uoce sumi tunc non esset aliqua istarum ora- tionum propositio. canis celestis currit. canis latrabilis currit. q: inconiuncte vñaqueq; il- larum significaret. Item illa canis est. nō equiualeat pluribus propositionibus. neq; ad ipsam posset dari aliqua vna rñsio. neq; aliq; istarum foret propositio. canis marinus est. canis celestis est. canis latrabilis est. cuius op- positum sensit Aristoteles. Item omnino concluderet argumentum factum. q: frustra forent reperte iste fallacie. Est igitur cōcludē- dum q: intellectus & voluntas deducto impe- dimentis alio potest equinocum terminū vñi uoce sumere. Sed contra istam responsio- nem forte arguitur q: ista est vera. omne ani- mal est homo per illam regulam superius al- legatam quia per illam regulam predicatur,

De terminis

de contrahere subim ad supponendū solū pro illis aialibus q̄ sunt hoies. ¶ Item sequitur q̄ nō valet p̄na ista. canis est currens. igitur canis est. et t̄z p̄na. cōsequēs t̄n est falsum. quia ibi arguitur a tertio adiacente ad sed in adiacens affirmatiue et. Adhuc nō valeret ista canis est currens. igitur currens est canis. qd falsum est. q̄a ibi arguit a cōuersa ad cōuertentē. Sed ad p̄mū negatur p̄na cū inferret illam fore verā. omne aial est hō p̄ regulam allegatā. q̄a ista nō plus ponit nisi q̄ intellectus. aut voluntas cōprehendere d̄z subim p̄ significatis p̄ gbus conuenit predicatū cum subim fuerit terminus equiuocus. predicatū vero terminus uniuocus. et fin multos istō etiā d̄z facere cū subim fuerit terminus prime intentionis nō determinatus. predicatū vero terminus secunde intentionis vel impositionis. qd vtrū sit vey ante est discussum. sed in illa omne aial est hō. nō sunt termini huiusmodi vere. iō intellectus illud non facere d̄z de talibus p̄positionibus quibus possit illud facere. ¶ Ad aliam formā negatur q̄ illa cōsequentia sit bona canis est currens. igitur canis est. sed solum sequitur. igitur canis latrabilis est. Et ad regulā d̄z q̄ illa n̄ est vniuersalis. fallit. n. in terminis negatiuis et equiuocis cū dictione includente vni negationis. si cut in exclusiuis non sequitur t̄n aial est homo. igitur tantum aial est. ¶ Ad aliam negatur q̄ ibi arguitur a conuersa ad conuertentem. neq̄ potest illa conuerti in proprijs terminis. et sicut iam dictum est de fallacia equiuocationis. ita dicendum est de illa amphibologie. quo nō differt a fallacia equiuocationis quo ad modum respondendi. sed in hoc q̄ argumentū peccans fin fallaciā equiuocationis peccat p̄ terminū multiplicatē. argumentū aut peccans fin fallaciā amphibologie peccat fin multiplicatē cōstructionis. q̄ pot vni terminus p̄strui a pte añ. aut a pte post sicut in ista ois hō albus est pot cōstrui ly albus a pte subiecti. vel a pte predicati. et si simul tenet a pte subiecti. vel a pte predicati. ita q̄ habeat significata in cōiungente. tunc nō est illa ois p̄positio. et sic dicendū est de ista ois hō est hō. et sic de alijs. posito q̄ significet ordine recto et nō ordine retrogrado. ¶ Ad aliam formā cōcedit q̄ multis p̄positionibus

vocalibus aut scriptis positis dubitandū est an sint p̄positiones fin rei veritatē. an p̄positiones plures. et ita accipiendū est vt in pluribus. verūm disputātes de alia materia nō stāt in terminis p̄ hac materia aliā ingreſſes frequēter t̄n ḡa breuitatis p̄ multa falsa trāsimus vt ad dubiū p̄positum ptingamus. ¶ Ad vltimā d̄z q̄ inferitur etiā de deo dato q̄ deus sciat aliquā p̄positionē.

¶ Explicit tractatus de veritate et falsitate siue de taliter et qualiter.

De terminis p̄uatiuis.

Incipimus

incipiētes p̄mo q̄ si pro aliquo vere et affirmatiue verificatur aliquis terminus ille terminus illud significat p̄ quo verificatur. vt in illa sor. est hō. ly hō affirmatiue verificat de ly sor. p̄ re q̄ est sor. si hō sortē significat p̄z hoc. ¶ Itē accipitur q̄ terminus mentalis aliquā rē vel aliquas res significans naturaliter nō plura significat vno tpe q̄ alio nec plura significat in mente vnus q̄ in mente alterius. sic intelligendo q̄ p̄ illum terminū homo in intellectu sor. existentē nō plura cōprehendit sor. aut plura comprehendere potest q̄ plato. per illum terminum hō in suo intellectu existentem. patet q̄ aliter non conuerterentur iste due. homo currit. hō currit quātum vna esset in mente sortis. et alia in mente platonis. Ex quibus potest patere q̄ talis terminus homo significat hoies. et quēlibet hominem significat. patet prima pars et secunda arguitur. q̄ pro quolibet homine verificatur ly homo affirmatiue i ista homo intelligitur. igitur quēlibet hominē significat. consequentia patet ex prima suppositione. Ex quo sequit q̄ iste terminus homo infinitos homines significat. quia pro infinitis verificatur in ista homo intelligitur. Et ex isto vltimo concluditur. q̄ nō plura significat genus q̄ species. sic q̄ iste terminus animal nō plura significat q̄ ille terminus homo quoniam vterq̄ infinita significat. Et si forte arguitur contra ponendo q̄ sor. habeat in suo conceptu istum terminum hominem. et non cōsideret ipse de platone. aut elecrone. et sequitur q̄ iste terminus homo non quēlibet homines sorti significat. quia nō quēlibet hoies

pruatiuis

per illū terminū hō apprehendit fortē qd nō de quolibet hōe considerat. ¶ Sed hūc dī negando qd nō quēlibet hōes p illū terminū hō apprehendit. sed p illū terminū homo quēlibet hominē apprehendit et cognoscit. et de quolibet homine considerat. qd uis non consideret de fort. aut de pla. sed de fort. et de pla. considerat. sicut per illū terminū transcendentē ens in intellectu habet quodlibet ens cognoscit noticiā cōi. et non pōt iste terminus ens haberi in mente qn ab illo habēte de quolibet ente cōsideretur. Sz qd uis iste terminus hō significet hōem principaliter. nullum tñ est principale significatū istius termini hō. nisi ponamus hōem cōez siue separatū. aut insensibile positum. qui est spēs specialissima. qd speciem ad extra. nunc nō sequimur p logica. qd ad altam metaphisicam spectat. sed spēs ponimus in intellectu uoce aut scripto. sicut etiā putauit Aristoteles. ¶ Et ultra aduertendum qd iste terminus hō non significat risibile. nec aīal. nec ali quid de uirtute sermonis. qd uis multa aīalia significet. p hoc ex appellatione. frequenter tñ oppositū concedimus. ubi nō erigitur difficultas de appellatione rōnis. Et sicut inuestigatum est de significato huius cathegorematis hō. ita de quodlibet alio cathegoremate substantiali vel accidentali requirendum. Ultra autem omne significatū alicuius termini sit substantia. aut qualitas ita qd cuiuslibet termini de aliquo predicamento significatus sit significatum alicuius termini de predicamento qdlibetis. aut substantie. vel quodlibet predicamenti sic tñ significatum habeat qd ipm nō sit significatū alicuius alterius predicamenti saltem sū abstracta vel cōcreta. non intendimus in presenti inuestigare. qd nimis prolixum esset et alibi inuestigabit. Sz signorū qd sunt sincathegoremata nulla sunt significata ut illius termini oīs nullus et. et sicut sunt propositiones cōfessiones et multa ad uerbia qd nihil significāt. ¶ Et si arguitur qd ipsa sunt signa. igitur hnt significata. vel aliqd si significant. vel aliquid est significabile p ipsa aut aliquod ipōz sine noua impositione. negatur pna. sed bene sequitur hoc est signum igitur aliquid vel aliquāter vel p aliquē modū significat. puta p se stantis. aut adiacentis

vel coniungentis. aut acti casualē imperfecti ad casuale reducētem. hoc totū p de intentione grammaticae.

Sed incidit dubiū utrū terminus pruatiuis uel finitus precise idē significet qd terminus sibi oppositus. ¶ Pro quo dubio sit prima suppositio. ¶ Terminus uocalis aut scriptus est cōplexus sicut talis terminus nō hō. p hoc qd nō aliter posuisset Arist. in diffōne noīs illā pculā finita. cū dixit nomē est uox significatua ad placitū finita et. cū supflua fuisset illa particula cū partes eius significant separate. ¶ Itē de nullo verificaret. aut pdicaretur terminus infinitus. cū negatio non sit p extremi. pns falsum. qd de quolibet dī alcey p tradictorioz. igit et. ¶ Itē hoc foret cōgrua tu es nō hō. qd ibi foret aduerbiū nō debēs negare uerbiū vel participiū ad qd de pender. id foret ibi terminus dependēs sine suo termino a quo dependet. nullus. n. nomē determinat aduerbiū. et id hoc aduerbiū nō tantū infinite. aut negatiue nullā oīonem facit cōiunctū cum isto termino hō. qd oīo est cōgeries dictionū apissime ordinata. ille autē due dictiones inuicē nullā aptitudinem hnt nec sū modos propositionis. nec sū modū similitudinis. Itē accipit qd terminus infinitus uocalis quilibet subordinat alicui termini no simplici mentali. qd si subordinaret alicui oīonī. aut alicui cōplexo. et sū quodlibet illorum de per se puta hoc cōplexum uocale nō homo. et hoc incomplem non homo. si enī iste terminus uocalis nō hō incōplexus alicui termino cōplexo subordinet nō v. cui nisi hūc cōplexo nō hō. ¶ Itē qdlibet ps orationis uocalis. aut scripta saltē uinuoce subordinat alicui pti oīonismētalis. p hoc. qd uoces sunt notē eaz qd sunt in aīa passionū. Et ex hoc p qd uoces. aut scripta nō sunt partes oīonis nisi ex modis suis significādi. qd modi accipiunt ex modis suis intelligendi. ut p ex grāmatica. id qdlibz ps oīonis uocal. aut scripte subordinat alicui pti orationis mentali. ¶ Quarto accipit qd quibet cōceptus mentalis est simplex. ita qd nulla est ps oīonis i mēte qd sit cōposita. qd tunc pres oīonis significat separate. si. n. sit aliq cōceptus cōpositus ex. a. et b. cōceptibus. tūc. a. et b. pcept

De terminis

etiam sunt mentales nālr significātes aliqd. cū
nō possint cadere a suis significationibus ipis
manentibus significatiuis. s. q. significāt in cō
positiōe illud q. ante cōpositiōē significabāt
segtur q. illius cōpositi ptes significāt separe
pns falsum. Et iō concludit q. figura cōpo
sita vel decōposita nō p̄tinet in mentalibus.
sed solū in vocalib⁹ vel scriptis sicut sunt alie
multe passiones grāmaticales. puta cōiuncti
ones et declinationes et genus deponens. et
lmōi solū cōueniūt i vocalibus aut scriptis.
¶ Ultimo adiungit q. ois intentio mentalis
aliquā vel aliquas res significat quā vel q̄s
nāliter significat. et hoc est q. antiqui dixerūt
q. ois intentio simplex est vera. et verā rem
vel veras res significat. aliter. n. nō ēēt intē
tio si lītudo nālis qd dictū d̄z intelligi de inte
tione simplici cathegorematica. eo q. multe
sunt ptes ofonis nihil significantes. Ex qb⁹
ita acceptis concludit. q. si ille terminus vo
calis aut scriptus infinitus nō ens subordi
nat alicui intentioni subordinat simplici intē
tioni. p̄z hoc. q. iste terminus vocalis nō ens
est incōplexus si sit terminus infinitus ex pri
ma suppositione. et q̄bet talis subordinatur
alicui simplici intentioni. et iō si subordinatur
alicui mentali subordinatur alicui intentioni
simplici. et tūc vltra p̄cludit q. nulla est intē
tio cui subordinat iste terminus nō ens. q̄a
si aliq̄ foret illa foret intentio simplex q̄ foret
naturalis similitudo aliquā verā rē represen
tans p̄ tertiā suppositionem. sed nulla est res
ad extra cuius iste terminus nō ens sit natu
ralis similitudo. nec aliquā rē naturaliter re
presentat. igit̄ rē. q̄a si aliquā rem rep̄taret
pro aliqua tali respectu illius verbi tunc pos
set supponere cū sit cathegorema. ¶ Sz for
te pro isto d̄z q. iste terminus nō ens. omne
ens priuatiue significat. Sed p̄tra sequit̄ q.
illud cōplexū nō ens in quo ly nō tenet ne
gatiue. cū isto cōplexo nō ens infinito cōuer
teretur. q̄a de directo omne ens priuatiue si
gnificat. q. ly nō negatiue significat. p̄ns est
falsus. q. iste terminus et ista oīo nō cōuertit̄
tur. et t̄z p̄sequētia. q. idē eodē mō significāt.
¶ Itē p̄ illud iste terminus. nō for. solū for.
significat. p̄ns falsus. q. ly nō for. asinū signi
ficat. igitur nō solū forte significat. p̄z p̄tia et
arguitur aīa. q. in illa propositiōe asinus nō

est for. pro asino supponit iste terminus non
for. et affirmatiue verificat̄ d̄ asino. igitur asi
nū significat. p̄z consequentia. q. nō suppo
nit terminus p̄ aliquo qd nō significet. ¶ Sz
forte d̄z negādo illam consequentiā iste ter
minus non for. asinum significat igitur nō so
lum fortem significat. dicitur enī forte q. iste
terminus nō for. nō significat non forte. nec
non fortem significat. imo tantum fortem si
gnificat. quāuis asinum significet. eo q. forte
dicitur q. asinus potest intelligi esse non for
tes. ¶ Sed ista responsio non est ad propo
situm. quia ista ampliatiōe deposita perit il
la responsio. et ad hanc reprobendam requi
ritur q. homo potest intelligi esse asinus. sic
intelligendo q. illa res que iam sit homo pos
sit esse illa res que iam differt ab homine qd
difficile esset probare. cum nihil possit intelli
gi esse aliud q̄ ipsum sit. ¶ Item ista propo
sitiō asinus est non for. principaliter significat
asinum esse non fortem. igitur predicatum
eius principaliter significat non fortem. q̄m
f̄m istam responsionem adhuc non sit verū
q. iste terminus non for. non fortem signifi
cet. ¶ Item asinus est significatum istius ter
mini non for. igitur non tantum fortes. Vel
sic. asinus est significatum istius termini nō
chymera. igitur non tantum chymera. Ideo
loquitur illa responsio tanquam non faciēs
ad propositum. et arguitur q. iste terminus
non fortes non fortem significat. quia rem q̄
est non for. ille terminus nō for. significat. vñ
de iste terminus non for. de pluribus predi
catur q̄ iste terminus non homo. et iste ter
minus non homo de pluribus q̄ iste termi
nus non animal. et sic de alijs per ordines in
significando sit arbor. euerfa. igitur non so
lum fortes est significatum illius termini nō
for. Ideo concluditur q. solum non for. est si
gnificatum illius termini non for. et solum
non homo est significatum illius termini nō
homo. et solum non substantia est significa
tum illius termini non substantia. sed ly non
ens nullum apprehendit significatum. nec
potest comprehendere non data noua signi
ficatione illius. Ideo iste terminus vocalis
aut scriptus non ens. nulli termino mentali
subordinari p̄t. nisi facta noua ipositione. et
ex illis segt̄ q. ly si ens nō ē terminus. q. nō ē

Tractatus

pars orationis. tenet p̄ia ista per tertiā suppo-
sitionem. Ex quibus adhuc concluditur q̄
